Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Hic accessit ad pilatum & petiit corpus ihū ..

Magne quidem ioseph iste dignitatis ad s(ae)c(u)l(u)m sed maioris apud d(eu)m meriti fuisse laudatur ut & p(er) iustitiam meritorū sepeliendo corpori dominico dignus for& & p(er) nobilitatē potentiae saecularis idem corpus accipere poss& n(on) enim quilib& ignotus ad p(rae)sidē accedere & cruci l ccc xxx iii
fixi corpus potestati impetrare. · quis quam positus fuerat ..
Et depositū · inuoluit in sindone & posuit eū in monumento exciso in quo nondū · I, m ccc xl viiii, m cc xx viii, lo ccviii
Et ex simplici sepultura d(omi)ni ambitio diuitum condemnatur qui ne in tumulis quidem possunt carere diuitiis possumus aū iuxta intellegentiā spiritalē & hoc sentire q(uo)d ille in sindone munda inuoluat ihm qui a pura eū mente susceperit · In nouo aūt ponit(ur) monumento ne post resurrectionē ca&eris corporib; remanentib; surrexisse alius finger&ur · Q(uo)d bene monumtū dep&ra excisū fuisse memoratur. Ne si ex multis lapidibus aedificatū e&· suffossis tumuli fundamentis ablatus furto dicer&· Aliter solus tumulo d(omi)nus includitur ut specialis illius sepultura id ē nrae dissimilis · Sic & ce&era dispensationis eius arcana a nrae naturae fragilitate discrepauere specialis & resurrectio design&ur · Nam & uerus homo apparuit · S(ed) ex uirgine matre conceptus & natus & temptatus ē p(er) omnia sed p(er) similitudine absq; peccato & mortuus ē · sed quomodo ipse uoluit & sepultus ē · sed quādiu uoluit · & suscitatus ē · sed quando uoluit · hoc ē · ergo q(uo)d ait singulariter sum ego donec transeam · Et alibi de singulari sepultura · In pace in id ipsum obdormiam & requiescam q(uonia)m tu d(omi)ne singularit(er) in spe constituisti me · Id ē ce&erorum mortaliū in fine resurrectione seruata · me singularis dono a mortuis die t(er)tia resurgere promisisti · L ccxxx iiii
Et dies erat parasceues & sabbatū inlucescebat .. sol.
Parasceue p(rae)paratio int(er)p(re)tatur quo nomine iudaei qui int(er) grecos conuersabant(ur) sextā sabbati quae nunc a nobis sexta feria uocatur appellabant · Q(uo)d eo uidelic& die quae in sabbatum forent necessaria praepararent iuxta q(uo)d de manna quondam erat p(rae)ceptum · Sexta aū die collig&is duplum & ce&era · Qui u(er)o inter romanos uitā dicunt · Iudaei usitatius eū latine cenam puram cognominant qui a ergo sexta die homo factus & tota mundi ē · creatura p(er)fecta septima aūt conditor ob opere suo requieuit · Unde & hanc sabbatū id ē · requiem uocas praecepit · Recte d(omi)nus eadem die sexta crucifixus humanae reparationis impleui arcanum unde cum accepiss& acetum dixit · consummatū ē · id ē · sexta diei q(uo)d p(ro) mundi refectione susceptū totū ē · opus p(er)fectum · Sabbato aū in sepulchro requiescens · Resurrectionis quae octaua die uentura erat expectabat euentū ubi nrae simul deuotionis p(er)luc& exemplum quos in hac quidem sexta mundi a&ate p(ro) d(omi)no pati & uelut mundo cruci figi necesse ē · In septima u(er)o a&ate id ē · cū lo&i quis debitū soluit corpora quidem in tumulis animas aūt secreta in pace cū d(omi)no manere · & post bona opera & opera quiescere donec octaua tandem ueniente a&ate & iā corpora ipsa resurrectione glorificata · Cum animab; simul incorruptionem a&nae hereditatis accipiant · Unde pulchrae septima